

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9708

Auteur(s) : Robert de Bretteville-le-Rabet [particulier]

Bénéficiaire(s) : La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1168...

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert de Bretteville[–le-Rabet] donne la terre du prêtre Gillebert à l'abbaye Saint-André-en-Gouffern. Avec l'accord dudit Robert, Guillaume Tanetin donne à la même abbaye toute sa terre qu'il tient de Robert. Robert concède également plusieurs donations faites par ses hommes et donne à son gendre Roger fils de Garin trois cents sous d'Anjou.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6577.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 62-68, p. 417.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Le parchemin est déchiré au bord droit et en haut à droite. Le texte de cette partie perdue peut être restitué d'après celui de la charte de Robert de Montfort qui confirme la première moitié du dispositif du présent acte en 1168 (Arch. dép. Calvados, H 6577 : SCRIPTA 9706).

Texte d'après A

Universis Ecclesie filiis, Robertus de Britevilla, salutem. Notum sit [tam presentibus quam futu]ris quod ego Robertus de Britevilla dedi [ecclesie Sancte Ma]rie Sanctique Andree de Gufer terram Gilleberti sacerdotis, eodem Gilleberto concedente, que terra est inter cheminum et Chastelet, et quicquid de domi[nio] meo ini]bi habebam ei[dem] ecclesie concessi. Willelmus etiam Tanetin, totam terram quam de me tenebat meo cunctessu predicte ecclesie in perpetuam elemosinam d[edit. ...] etiam homines de Britevilla, me concedente et Rogerio filio Garini genero meo, de terris suis eidem ecclesie dederunt hec que subjecta sunt : Robertus Rabel de feo[do suo .X.] acras, filiis suis concedentibus ; Bernardus Rabel et filiis ejus concedentibus .III. acras de feodo suo ; Osbernus Parvus et Radulfus Feron .III. acras et di[midiam] ad Buschet ; Unfridus filius Huismelini et Ermengart ejus uxor de feodo suo unum campum circa unam acram habente ; Manesserius Aguillon .III. acras. [Idem etiam] Manesserius dedit eidem ecclesie de terra sua de Britevilla .X. acras. Pro qua donatione ego Robertus concessi ei terram de Tornorio que sui jur[is erat.] Praeterea ut hac compositio rata haberetur, dedi Rogero filio Garini genero meo et

uxori et filiis ejus .CCC. solidos Andegavensium. Idem vero Manesserius et idem Rogerus et Rob[ertus ejusdem fil]lius hanc compositionem tenendam et conservandam fide pactionaverunt. Necnon fuerunt alii qui pro animabus suis et patrum suorum de terris suis eidem [ecclesi]e dederunt : Ranulfus filius Hugonis .III. virgultas ; Radulfus Burnus .III. virgultas ; Ansgotus .II. virgultas ; Bernardus Aquenel .III. virgultas ; Bernardus Rabel et Manesserus .I. virgultam et dimidiam ; Bernardus Rufus, dimidiam acram ; Anchettillus Aquenel .III. virgultas et dimidiam ; Rogerus Jumel et Doun, frater ejus, acram et dimidiam ; Rogerus Patric .I. acram ; Willelmus Rabel dimidiam acram. Has vero omnes donationes quietas et liberas ab omni redditu et servitio predicte ecclesie prefati donatores dederunt, ego igitur Robertus de Britevilla quicquid de meo feodo eadem ecclesia in predicta villa possidebat, ratum esse et im perpetuam elemosinam eidem ecclesie permansurum concedo, sigillique mei attestatione ut omni tempore fixum et immobile permaneat confirmo. Testibus hiis, Nicholao priore de Pl[essei]o, Ranulfo Fausart canonico ejusdem domus, Ranulfo templario, Stephano de Fraisneio, Thoma de Veteri Ponte, et Roberto fil[i]o suo, Os]berno de Curcellis, Gilleberto de Choonnoliis, Rainaldo de Monte Garufi, Valete.